III. יָמִין & תֵּימָן, Syr. תַּוְמַן, Arabic. תימן timan *meridies*, plaga mundi meridionalis ad orientem aspicientibus, ut veteres orantes solebant, est ad dextram. Quia Oriens vocatur פָּנִים *facies*, sicut occidens אָחוֹר *posterius.* Psalm. 89. v. 12. *septentrionem* וְיָמִין *& dextram tu creasti.* Targum דִּי בְּרוֹמָא *eos qui sunt in meridie.* L x x. θάλασσαν *mare:* q. יָם. 1. Sam. 23. v. 19. *qui est* מִימִין הַיְשִׁימוֹן *à meridie solitudinis.* 2. Sam. 24. *& castra metati sunt in Aroër* יְמִין הָעִיר *dextra urbis.* Targum דָּרוֹם *meridie.* Cant. 5. v. 15. *excitare aquilo, & veni* תֵּימָן *auster.* Amos 1. *& mittã ignem* בְּתֵימָן *in meridiem:* in Idumæorum regionem, quæ ad austrum vergit. sicut dicitur, 1. Maccab. 5. *oppugnabant filios Esau, in terra, quæ ad meridiem.* Habac. 3. *Deus* מִתֵּימָן *à meridie veniet.* Ezech. 21. v. 2. *pone faciem tuam versus* תֵּימָנָה *meridiem.* Syr. Luc. 12. *& cùm flat* תַּיְמָנָא *auster.* B

Inde VERBum הֵימִין, &, literis א' permutatis, הֵאֱמִין *dextravit*, ad dextram vel meridiem declinavit. Genes. 13. *separare quæsò à me, si* הַשְּׂמֹאל וְאִימְנָה *sinistra, tunc ego dextrabo.* Targum אִם אַתְּ לְצִפּוֹנָא אֲנָא לְדָרוֹמָא *si tu ad septentrionem, ego ad meridiem.* Ibidem. *& si* הַיָּמִין וְאַשְׂמִילָה *dextra, tunc ego sinistrabo.* Targum אַתְּ לְדָרוֹמָא אֲנָא לְצִפּוֹנָא *tu ad meridiem, ego ad septentrionem.* Esa. 30. *non* תַּאֲמִינוּ *dextretis.* Targum לָא תִסְטוֹ מִנַּהּ לִימִינָא *non declinetis ab ea ad dextram.* 2. Samuelis 14. *si est* לְהַמִּין *ad dextrandum.* Targum לְמִסְטֵי לִימִינָא *ad declinandum ad dextram.* 1. Paralip. 12. מַיְמִינִים *dextrantes & sinistrantes lapidibus.* Qui dextra & sinistra poterant projicere lapides, & sagittas arcu. C

PROpr. תֵּימָן *Teman*, urbs Idumææ, & regio ipsa denominata à Theman primogenito Eliphaz, filij Esau. Ezechielis 26. מִתֵּימָן *à Teman:* à latere istius urbis. D

IV. יָמִין *dextra*, significat *juramentum*, quod fit dextrâ. Psalm. 144. *quorum os loquitur vanitatem* וִימִינָם יְמִין שָׁקֶר *& juramentum ipsorum, juramentum falsitatis.* Maximè apud Arabes يَمِين jamin *juramentum:* PLural. אֵימָאן aimin *juramenta.* Matth. 26. *negavit* בְּיָמִין *cum juramento.* Jacob. 5. vers. 12. *ne juretis, neq; per cœlum, neq; per terram, neq;* בְּיָמִין אַחֵרִי *per juramentum aliud.* E

יָמַר duo significata habet. I. יָמַר *elatus, magnificus fuit.* HIPhil הֵימִיר, & literis א' permutatis, הֵאֱמִיר *extulit, magnifecit.* Jerem. 2. vers. 11. הֲהֵימִיר *an extulit gens deos, & ipsi non sunt dij, & populus meus* הֵמִיר *mutavit gloriam ejus, in id quod non proderit?* Paronomasia est: Et prius à יָמַר, posterius à מוּר *mutatus fuit.* Deuter. 26. *ipsum Dominum* הֶאֱמַרְתָּ *extulisti hodie.* HITHpael הִתְיַמֵּר *extulit se, gloriatus fuit.* Esa. 61. *& in gloria ipsorum* תִּתְיַמָּרוּ *gloriabimini.* Targ. תִּתְפַּנְקוּן *deliciabimini.* eadem in אָמַר vide.

II. Arabic. يمر. Inde אִיתְאַמַּר, & אִתְוְאַמַּר *consultavit, consilium iniit.* Psalm. 83. אִיתְמְרוּ *consultârunt in malum.* Psalm. 31. תְּוַאֲמְרוּ *consilium inierunt.* Matth. 12. מִתְוַאֲמְרִין *consilium capientes.* Marc. 15. vers. 1. אִיתְמְרוּ רוּבָא אַלְכָּהֲנֵי *consultârunt principes Sacerdotum.*

יָנָה. יָנָה, Chaldaic. יְנָא *afflixit, oppressit, vim intulit*, rapuit alterius substantiam aut corpus, scienter aut insciens, *populatus, prædatus est:* uti pauperes, peregrinos, pupillos, viduas. Jerem. 25. vers. ult. *ob furorem* הַיּוֹנָה *deprædatricis:* opprimentis: gladij hostilis ipsos deprædantis. L x x. τῆς μαχαίρας *gladij.* sicut integrè scribitur, Jerem. 50. vers. 16. *propter* חֶרֶב הַיּוֹנָה *gladium deprædantem.* L x x. ἑλληνικῆς *Græcam:* q. à יָן esset. alij, *columbæ:* Assyriorum, qui columbam in vexillo habuerint. Regnum enim Babel in vexillo habuit columbam. Zophon. 3. *urbs* הַיּוֹנָה *deprædatrix*, L x x. περιστερὰ *columba.* acceperunt pro יוֹנָה *columba.* sed omnia sunt Benoni fœmin. sing. Psalm. 74. *dixerunt in corde suo* נֵינָם *opprimemus eos unà.* pro נֵינָה אוֹתָם, Targum בְּנֵיהוֹן *filios ipsorum.* L x x. αἱ συγγένειαι αὐτῶν *cognatio eorum*, acceperunt pro נִין *filius.* HIPhil הוֹנָה, Chald. אוֹנִי *afflixit, oppressit.* Ezech. 28. *& virum non* הוֹנָה, Targum אוֹנִי *afflixit.* Exod. 22. *& peregrinum non* תוֹנֶה *affligas.* Targum תוֹנוּן *affligatis.* Deuter. 23. vers. 16. *non* תוֹנֶנּוּ *deprædaberis eum.* L x x. θλίψεις αὐτόν, Hieronym. *contristes eum.* legerunt תּוֹנְנוּ: à יָנָה *doluit*, obliter. נ׳ נ׳ similitudinem. Esa. 49. *& devorare faciam* מוֹנַיִךְ *deprædantes te, carnem suam.* Targ. דַּהֲווֹמוֹנָן לָךְ *qui deprædati sunt te.*

NOmen יוֹנָה, Chaldaic. יוֹנָא, Syr. יַוְנָא *colum-*

columba, depopulans ſata, vel prædæ accipitrum obnoxia: Plural. יוֹנִים, Chald. יוֹנִין *columbæ*. Heterocliton numero. Pſal. 55. *quis dabit mihi alas* כְּיוֹנָה *inſtar columbæ*. columba deſeſſa, unam alam colligit, & volat altera, nec quieſcit. Eſa. 38. *Gemam* כְּיוֹנָה *ſicut columba*: præ mœſtitia. Hoſ. 7. *& fuit Ephraim* כְּיוֹנָה *ſicut columba ſeducta*. ſola columba ablatos pullos non dolet, non requirit: ſic Ephraim ſimplex eſt, & negligens ſuæ ſalutis. Pſalm. 56. *ſuper* יוֹנַת אֵלֶם *columba taciturnitatis*. Cant. 1. *oculi tui* יוֹנִים *columbæ*: ſicut oculi columbarum. Targum כְּגוּלִין בְּנֵי יוֹנָתָא *ſicut pulli, filij columbarum*. Nahum. 2. *ſicut vox* יוֹנִים *columbarum, pulſantium ſuper corda ſua*: ſicut vox columbarum plangentium. Eſaiæ 60. כַּיּוֹנִים *ſicut columbæ ad feneſtras ſuas*. columbæ volant celerius cùm redeunt ad nidos ſuos, quam cùm ex illis egrediuntur, quia feſtinant ad pullos ſuos.

Rabb. מוֹנִין *oppreſſores, prædones*.

אוֹנָאָה, & אוֹנִית, & אֲנִינוּת *oppreſſio, deceptio, violentia*.

Proprium יוֹנָה *Jonas*, ita appellatus, juxta aliquos, quod columbæ inſtar aufugerit, Niniven proficiſci à Deo juſſus. Juxta alios verò, quod ſimplicitate & vitæ innocentia columbam imitatus fuerit. Patria ejus fuit Gath Hepher, id eſt, oppidulum Gath in tractu (regione) Hepher. 2. Reg. 14. quod Joſ. 19. vocatur Gittah Hepher: & recenſetur inter eas urbes, quæ in diviſione terræ ſanctæ tribui Zabulon obvenerunt. Pater ejus fuit Amitthai. 2. Reg. 14. ſepulchrum ejus ſcribit Benjamin Judæus in Itinerario, quod viderit prope urbem Sipuriam, diſtantem tribus paraſangis à Tyberiade: quod etiam Hieronymus & alij teſtantur. verùm in libro Genealogiæ juſtorum de Jonæ ſepulchro ſcribitur ita: כפר כנה שם קבורת יונה בן אמיתי בראש ההר ועליו שתי כפות: In Novo Teſtamento, *Simon* בַּר יוֹנָה *filius Jonæ*.

יִנְב. Arab. ونب *reprehendit*. Matth. 26. v. 10. למא ראו תונبון אלמראה *quare reprehenditis mulierem?*

יִנַּח. Inde Hiphil הִנִּיחַ *reliquit, dimiſit, permiſit, repoſuit, depoſuit, impoſuit, inſtituit*. 1. Reg. 8. הִנִּיחַ, Targum אַצְנַע *repoſuerat ibi Moſes*. Jud. 6. verſ. 18. וְהַנִּחֹתִי, Targ. ואנח *& deponam coram te*. Hoſ. 5. verſ. 17. הַנַּח לוֹ *dimitte eum*: ne arguas, quia nihil proficis. Jud. 16. הַנִּיחָה אֹתִי, Targum שְׁבֹק מִנִּי *dimitte me, & ſine me tangere columnas*. Lat. *dimitte me ut tangam columnas*. Hoſiander correxit: *duc me*. malè. accepit pro הַנִּיחָה à נָחָה. Exod. 10. וַיָּנַח, Targ. ושרא *& manſit in omni termino Aegypti*. Gen. 19. וַיַּנִּיחֻהוּ, Targ. *& reliquerunt eum extra urbem*. Gen. 42. *unum ex fratribus veſtris* הַנִּיחוּ, Targum שִׁבְקוּ *relinquite apud me*. Oſeæ 5. *& juſtitiam in terram* הִנִּיחוּ, Targum רְמַשׁוּ *proſtraverunt*. Num. 32. לְהַנִּיחוֹ *ut relinqueret eum in deſerto*. Targum לְאַחֲוָיוּתְהוֹן *ut detineret eos*. Hophal הֻנַּח *relictus, poſitus fuit*. Zach. 5. וְהֻנִּיחָה *& relicta fuit ibi*. Ex Hiphil & Hophal compoſitum.

מֻנָּח *relictus, remiſſus, ſuppoſitus, ſubjectus, interſtitium*.

Rabbin. מַנִּיחַ *impoſitor*. הַנָּחָה *impoſitio, ſitus*.

מוּנָּחִים *ſubjecta*: ut, מוּנָּחֵי רְפוּאָה *ſubjecta medicinæ*.

Arab. ונחה vinacha *pedunculus*, pes uvæ paſſæ: Plur. ונחאת vinachat *pedunculi*.

יָנַק. יָנַק, Chald. יְנַק *ſuxit lac*. Eſa. 60. וְתֵינָקִי *& ſuges lac gentium, & mammam regum* תֵּינָקוּ *ſuges*. Eſa. 66. *Gloriam gentium* תֵּינְקוּ *ſugetis*. Targum תִּתְפַּנְקוּן *deliciabimini*: Metaphora. Hiphil הֵינִיק, Chaldaicè אוּנִיק, Syriacè אַנִּיק *lactavit*, lac ſugendum præbuit. 1. Sam. 1. verſ. 23. וַתֵּינֶק, Targum. ואוּנֶקֶת *& lactabat filium ſuum*. 1. Reg. 3. לְהֵינִיק, Targ. לְאוּנָקָא *ut lactaret filium meum*. Syr. Luc. 11. *ubera* דְּאֵינְקוּךְ *quæ lactarunt te*.

Nom. יוֹנֵק, Chald. יְנַק *lactens*, puer parvus lac ſugens, & etiam ablactatus, *infans*: Plural. יוֹנְקִים *lactentes, pueri, infantes*. Num. 11. *quemadmodum portabit nutriens* הַיּוֹנֵק, Targum יָנְקָא *lactentem*: puerum. Pſalm. 8. *ex ore infantium* וְיוֹנְקִים, Targum וְיִנְקַיָּא *& lactentium*. ¶ Per metaphoram, יוֹנֵק: Foemin. יוֹנֶקֶת *ſurculus*, ramus tener, qui ſugit arboris ſuccum: Plural. יוֹנְקוֹת & יְנִיקוֹת *ſurculi*, plantæ teneræ: rami teneri unius anni. Eſa. 53. *& aſcendit* כְּיוֹנֵק *ſicut ſurculus coram eo*. Lxx. ὡς παιδίον *ſicut puer*; ex priori ſignificatione. Ezech. 17. *caput* יוֹנְקוֹתָיו, Targ. שִׁבְשָׁתָא *ſurculorum ejus*. Job. 15. יוֹנַקְתּוֹ, Targ. שִׁבְשָׁה *ſurculum ejus arefaciet*.

מֵינֶקֶת, Chald. מֵינִיקָא *nutrix* mulier infantem lactans: Plu. Chald. מֵינִיקָן *nutrices*. Gen. 35. *& mortua eſt Debora* מֵנֶקֶת, Targ. מֵנִיקְתָא *nutrix Rebeccæ*: י deficiente. Gen. 24. verſ. 59. *& dimittebant ſororem ſuam, & nutricem ejus*. pro more iſtorum temporum. Lxx. τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς *& ſubſtantiam illius*. acceperunt pro מְקֻנָּה *poſſeſſio*: per metatheſin, מִקְנָתָהּ *poſſeſſio ejus*; à קָנָה *poſſedit*. ¶ Rabb. מֵינִיקָא *Eva*, q. nutrix mundi.

תִּינוֹק *puer, diſcipulus:* Plur. תִּינוֹקוֹת *pueri, diſcipuli.* A

הִינִיקָה & יְנִיקוּת *lactatio, deſuctio.*

יסס. Arab. וסס *inſanivit, abalienatus mente fuit.* Act. 4. v. 24. וסוסת *inſanis, Paule.*

וסוס, & וסוסה *inſania, alienatio.*

וסוס vaſuus *ſtriduit.*

יסד duo ſignificata habet. I. יָסַד, Chaldaic. יְסַד *fundavit*, fundamentum jecit aut poſuit: & ſimpliciter, *poſuit, diſpoſuit.* Prov. 3. *Dominus in ſapientia* יָסַד אֶרֶץ *fundavit terram.* Targum שִׁית אַסְיָא וְאַרְעָא *poſuit fundamenta terræ.* 2. Paral. 31. *in menſe tertio inceperunt acervos* לְיַסֵּד *fundare*: diſponere. dageſch poſt literam quieſcentem. Ezræ 3. וַיְסַדוּ *& fundabant ædificatores palatium Domini:* defectivum, pro וַיְיַסְּדוּ. Ezræ 3. *qui viderunt domum primam* בְּיַסְּדוֹ *in fundari eam:* cùm fundata fuit: abſolutè. Niphal נוֹסַד *fundatus fuit.* Exod. 9. verſ. 18. *à die* הִוָּסְדָה *fundari eam.* Mappic deſideratur. Targum דְּאִשְׁתַּכְלְלַת *quo fundata fuit:* perfecta fuit. L x x. *ex qua die* ἀπὸ ἧς *condita eſt.* Piel יִסַּד *fundavit.* Pſalm. 8. יִסַּדְתָּ, Targ. אַשְׁתַּיְתָא *fundaſti robur.* L x x. κατηρτίσω *perfeciſti.* 1. Reg. 5. לְיַסֵּד, Targum לְשַׁכְלָלָא *ad perficiendum* (fundandum) *domum.* Zachar. 4. *Manus Zorobabelis* יִסְּדוּ *fundarunt domum iſtam, & manus ejus perficient.* Targum שָׁרִיאַת לְמִבְנֵי *cæperunt ædificare.* Pual יֻסַּד: & Hophal הוּסַד *fundatus fuit.* Ezræ 3. *& templum Domini non* יֻסַּד *fundatum erat.* Ibidem. *ſuper* הוּסַד *fundari domum Domini:* propterea, quod fundata eſſet. 2. Paralip. 3. *& iſta ſunt* הוּסַד *fundari Salomoh:* quæ fundata ſunt à Salomone. L x x. ἤρξατο *incepit.* Hiphil הוֹסִיד; unde מוֹסָד *fundatus.* Eſa. 28. verſ. 16. מוֹסַד מוּסָּד *fundamenti fundati.* B C D

Nom. יָסַד *fundator.* Eſa. 28. verſ. 16. *ecce ego* יָסַד *fundator in Zion lapidis.*

יְסוֹד & יְסוּד, Foemin. יְסוֹדָה: & מַסַּד & מוֹסָד, Foemin. מוֹסָדָה *fundamentum:* Rabb. *radix, thema:* Plural. מוֹסָדִים & מוֹסְדִים: Foem. מוֹסָדוֹת *fundamenta.* יְסוֹד autem vocatur omne *initium rei*, ut: יְסוֹד הַבִּנְיָן *fundamentum ædificij:* יְסוֹד הַבַּיִת *fundamentum domus.* Proverbiorum 10. *juſtus autem* יְסוֹד *fundamentum ſeculi.* L x x. σώζεται *ſervatur in ſeculum.* Ezræ 7. verſ. 9. *quia in uno menſis primi, qui eſt* יְסוֹד הַמַּעֲלָה *fundamentum aſcenſionis ex Babel:* initium. Pſalm. 87. יְסוֹדָתוֹ *fundamentum ejus in montibus ſanctitatis.* refertur ad præcedens, שִׁיר *canticum.* Deuter. 32. *& inflammavit* מוֹסְדֵי הָרִים *fundamenta montium.* Targum סְיָפֵי *extremitates.* Proverb. 8. *cum circumſcriberem* מוֹסְדֵי אֶרֶץ *fundamenta terræ.* Targum בְּסִיסֵי *baſes.* Rabbin. יְסוֹד *elementum:* Plural: יְסוֹדוֹת *ele-elementa*, quæ ſunt rerum fundamenta. אַרְבַּע יְסוֹדוֹת הֵם אֵשׁ וְרוּחַ וְאוֹיר וּמַיִם וְעָפָר וְאֶרֶץ וְסִימָן לָהֶם אַרְמַע *quatuor ſunt elementa, ignis, & ventus, & aqua, & pulvis: & ſignum ipſorum* אַרְמַע *eſt.* De his accipiunt Hebræi illud, Proverb. 30. verſ. 4. *quis aſcendit cælos, & deſcendit? quis congregavit* רוּחַ *ventum volis ſuis? quis conſtrinxit* מַיִם *aquas veſtimento? quis conſtituit omnes extremitates* אֶרֶץ *terræ:* ut אֵשׁ *ignis*, qui ab oculis hominum eſt abſconditus, ſub שָׁמַיִם *cælo* comprehendatur. E

יְסוֹדִי *elementaris, fundamentalis.*

II. Per metaphoram, יָסַד: Piel יִסַּד *fundavit, diſpoſuit, ordinavit, ſtatuit, conſtituit, decrevit.* 1. Paralip. 9. verſ. 23. *illos* יִסַּד *ordinavit David.* Eſther 1. verſ. 8. *quia ſic* יִסַּד *fundârat rex.* Targum שָׂם טְעֵם *poſuerat decretum.* L x x. ἐπέταξε *mandârat.* Pſalm. 8. v. 3. יִסַּדְתָּ *conſtituiſti robur.* Niphal נוֹסַד *conſultavit, conſuluit:* conſilium enim & deliberatio, eſt fundamentum actionis, operis aut facti. Pſalm. 2. verſ. 2. נוֹסְדוּ *conſultârunt ſimul.* Targum יִתְחַבְּרוּן *convenerunt.* L x x. συνήχθησαν. Pſalm. 31. v. 14. בְּהִוָּסְדָם *in conſultare eos contra me.* Targ. בְּאִתְכַּנְשָׁיוּתְהוֹן *cùm congregantur.* Hophal הוּסַד *decretum, conſultatum fuit.* 2. Paral. 3. *& iſta* הוּסַד *decrevit Salomo.*

Arab. וסאד vaſad *cervical.* Marc. 4. v. 38. *ipſe dormiebat in puppi,* עַלִי וַסַאדָה *ſuper cervicali ſuo.*

יסח. Arab. וסח vaſach *ſordes:* cum ח puncto. וסח אלאדן *ſordes aurium.* וסח לחמאם *ſordicies balnei.*

אַלְקְרוּח אַלוַסַחָה *vulnera ſordida.*

אוסח *ſordidatus fuit.* מוסח muvaſich *ſordidatus.*

יסט. Arabic. וַסַט vaſat, & חוסט tavaſit *medium, dimidium, medietas, mediocritas, centrum*, punctum in medio. Joh. 13. *ligavit eo* וסטה *medium ſuum:* præcinxit ſe: Plural. אוסאט *media, lumbi.*

וסיט vaſit, & ואסיטא vaſita, & מְוַסֵּט muvaſit *medius, mediator* inter duos, *ſequeſter.*

מחוסט mutavaſit *dimidiatus, mediocris.*

מוסטה mauſata: Plur. מואסט mavaſit *ſinus maris, profunditas.*

מוסט mauſut *profundus, concavus.*

וסיטה vaſita *ſequeſtratio.*

וסט אלנהאר *medium diei*, meridies. וסט אלראר vaſt aldar *medium palatij*, fundamentum.

tum. וסט אלכל *medium universi*, centrum mundi. Avicen. de terra: מוצעה אלטביעי הו וסט אלכל *locus ejus naturalis est medium universi.* A

בחוסט *per medium, mediante, per.*

וסטי *medius digitus.*

VERB. וסט vasat *dimidiavit.* מחוסטין *medij.*

Rabb. וָסָט *æsophagus.*

יסך יָסַךְ idem quod סוך, *unxit, fudit, effudit, diffudit.* Exod. 30. v. 33. *super carnem hominis non* יִיסָךְ, Targ. יִתְסַךְ *fundetur.* B

יסע. Arabicè וסע vasa, & אוסע ausa *dilatavit, ampliavit, extendit.* Genes. 9. ווסע *& dilatet Deus Japhet.* Psalm. 12. אַוסַעְתָּ *dilatasti habitationes filiorum hominis.* Psalm. 81. אַוסַע פאך פַּאַמלאה *dilata os tuum, & implebo illud.* 2. Petr. 2. verſ. 9. *ſed* יָוסַע *copioſa ſit pœnitentia ſuper omnes.* Luc. 12. ואוסעהא *& ampliabo illud.*

NOM. וָאסַע vaſi *latus, amplus, ſpacioſus:* PLUR. וַאסַעַה *lati.* וסע *latitudo.*

וַסָעָה vaſaa, & וַאסַעַה uſia *dilatatio, ampliatio, extenſio,* ſpacium loci aut temporis. C

בְּחוֹסָעָה *latè, copioſè.*

יסף duo ſignificata habet. I. יָסַף, Chaldaicè יְסַף *addidit, adjecit, appoſuit, auxit, contulit, perrexit.* Variè autem conſtruitur. 1. cum עַל vel ל *ſuper, ad.* 1. Samuel. 12. verſ. 19. יָסַפְנוּ עַל־כָּל רָעָה *addidimus ſuper omnia peccata noſtra malum.* Eſa. 38. verſ. 5. *ecce ego* יוֹסִיף עַל־יָמֶיךָ *addo ſuper dies tuos quindecim annos.* Et de perſona ſine accuſativo ſignificat, *addere bonum,* majora, quam antea conferre D beneficia. Eſa. 26. verſ. 15. יָסַפְתָּ לַגּוֹי *addidiſti ſuper gentem.* ſcilicet, bona. multis & varijs eos affeciſti beneficijs. ¶ 2. cum Infinitivo, & ſignificat *pergere, iterum, rurſus, magis magisque, ultrà.* 1. Samuel. 15. *& non* יָסַף *addidit Samuel* לִרְאוֹת *videre Saulem:* ultrà non vidit. Jud. 13. verſ. 21. *& non* יָסַף *addidit amplius angelus Domini apparere ipſi Manoach:* non viſus eſt illi unquam poſtea. Geneſ. 8. *& non* יָסְפָה שׁוּב *addidit redire ad ipſum.* ¶ 3. Abſolutè ponitur. E Num. 11. verſ. 25. *& prophetârunt, & non* יָסָפוּ *addiderunt.* ſcilicet prophetare. Ita Hebræi accipiunt, quòd prima tantum die prophetaverint, & non ulterius. Targum פְּסִקִין *ceſſabant,* Hieronym. *ultrà ceſſârunt.* acceperunt pro סָפוּ finierunt: permutata ordinum יָסַף & סוף ſignificatione. Deuter. 5. verſ. 28. *locutus eſt Jehovah ad omnem Eccleſiam veſtram, è medio ignis, nubis & caliginis, voce magna, & non* יָסַף *addidit.* ſcilicet loqui: ſemel; non iterum fuit locutus cum cœtu veſtro. Targum פְּסַק *ceſſavit:* ut in præcedente. NIPHAL נוֹסַף, Chaldaicè אִתְּוֹסַף, Syr. אִתְתּוֹסַף *additus, adjectus, auctus fuit.* Exod. 1. *ſi incideret bellum* וְנוֹסַף *& addetur etiam ipſe ſuper oſores noſtros.* Targum וְיִתּוֹסְפוּן *& addentur.* Eſa. 15. verſ. 9. *ponam ſuper Dimon* נוֹסָפוֹת *additiones.* ſcilicet ad litora fluminis, ne tranſeant aquæ ob ſanguinem. Syr. Matth. 25. וְנִתְתּוֹסַף *& addetur ei.* HIPHIL הוֹסִיף, Chaldaicè אוֹסַף, Syriacè אַוסַף *addidit.* CONſtruitur ſicut in Kal. 1, cum עַל vel ל *ſuper.* Proverbior. 30. הוֹסַף עַל־דְּבָרָיו *addas ſuper verba ejus.* Pſalm. 71. וְהוֹסַפְתִּי עַל־כָּל *& addam ſuper omnem laudem tuam.* Et de perſona, Deuter. 1. *Dominus Deus patrum veſtrorum* יוֹסֵף עֲלֵיכֶם *addat ſuper vos.* Targum יוֹסַף עֲלֵיכוֹן *addat ſuper vos.* ſcilicet bona. Pſalm. 115. יֹסֵף יְהוָה עֲלֵיכֶם *addat Dominus ſuper vos, & ſuper filios veſtros.* Pſalm. 120. *quid dabit tibi, & quid* יוֹסִיף *addet tibi lingua doloſa?* quid proderit? Et in forma jurandi, in malum, 1. Sam. 25. *ſic faciat Deus hoſtibus Davidis, & ſic* יוֹסִיף *addat:* His & illis malis afficiat. ¶ 2. cum infinitivo. Gen. 8. וַיּוֹסֶף שַׁלַּח, Targ. וְאוֹסַף שַׁלַּח *& addidit mittere columbam ex arca.* LXX. πάλιν *iterum emiſit.* Eſa. 8. וַיּוֹסֶף יְהוָה דַּבֵּר *& addidit Dominus loqui ad Achas:* perrexit. Lxx. προσέθετο. Sic, Luc. 10. *&* προσέθετο *addidit tertium mittere.* pro quo, Marc. 12. *& rurſum alium miſit.* Exod. 5. verſ. 7. *non* תֹּאסִפוּן *addetis dare paleam populo.* א pro ו quieſcens. Quando junguntur duo futura, poſterius in Infinitivo exponitur. Hoſ. 1. verſ. 6. אֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם *addam amplius miſereri.* ¶ 3. Abſolutè ponitur, Deuter. 25. *quadragies verberet eum, non* יֹסִיף *addat: ne fortè* יֹסִיף לְהַכֹּתוֹ *addat verberare eum.* Job. 40. *Memento belli, ne* תּוֹסֵף *addas.* ¶ 4. Cum accuſativo. Proverb. 1. וְיוֹסֶף לֶקַח *& addet doctrinam:* augebit. Proverb. 10. verſ. 17. *Timor Domini* תּוֹסִיף יָמִים *addet dies:* augebit. Ibidem. *Benedictio Domini ditabit, & non* יסף *addet dolorem cum illa.* Syr. Luc. 3. אַוסַף *adjecit & hoc ſuper omnia.*

NOM. Syr. מוֹסַף *additamentum.*

Rabb. כֹּחַ הַמַּסִּיף *vis augeſcendi.*

תּוֹסֶפֶת & תּוֹסַפְתָּא *additio, adjectio, paragoge, auctuarium.*

PROPR. יוֹסֵף *Joſeph,* & יְהוֹסֵף *Jehoſeph.* Gen. 30. *& vocabat nomen ejus* יוֹסֵף *Joſeph, dicendo:* יֹסֵף, Targ. יוֹסַף *addet Dominus mihi filium alium:* augebit me alio filio. Inde *tribus Joſeph,* & בֵּית יֹסֵף *domus Joſeph,* complectens duas ſtirpes, Ephraim & Manaſſe, in quas eã Jacob diduci voluit, ne duodenario numero familiarũ deeſſet, tribu Levi

in reliquis non habitura poſſeſſionem. 2. Samuel. 19. *de omni* בֵּית יֹסֵף *domo Joſeph.* 1. Reg. 11. *ſuper omne opus* בֵּית יֹסֵף *domus Joſeph.* Pſalm. 77. verſ. 16. *redemiſti in brachio populum tuum, filios Jacob & Joſeph.* quia propter Joſephum deſcenderunt in Ægyptum: & ille ſuſtentavit eos quàm diu vixit, tanquam filios ſuos. Pſalm. 81. v. 6. *Teſtimonium* בִּיהוֹסֵף *in Joſeph poſuit.* Ab eo verò tempore, quo diviſum fuit poſt mortem Salomonis regnum, decem tribus ſeu regnum Iſrael vocatum eſt Joſeph & Ephraim: quia primus ejus rex fuit Hieroboam ex tribu Ephraim & Joſeph: & quia Ephraim fuit primogenitus.

II. יָסַף, idem quod אָסַף, *collegit, congregavit*; permutata ordinum ſignificatione. 1. Samuelis 15. *ne fortè* אוֹסִיפְךָ *colligam te cum illo.* Targum אֲשֵׁיצָנָךְ *perdam te.* Pſalm. 104. תֹּסֵף, Targum תְּכַנֵּשׁ *colliges ſpiritum eorum:* auferes. 2. Sam. 6. verſ. 1. וַיֹּסֶף *& congregavit iterum David omnem juvenem in Iſrael, triginta millia.*

יסק. Inde תוסק. Arabic. אוסאקא *onera:* אֲלְוַסָק *onus.*

יסר quatuor ſignificata habet. I. יָסַר: Piel יִסֵּר, idem quod אָסַר, *vincivit, ligavit.* Hoſ. 7. verſ. 15. *& ego* יִסַּרְתִּי *ligavi, roboravi brachium ipſorum.* vincire, eſt roborare aliquid.

Nomen מוסר & מוֹסָר *ligamen, vinculum:* Plur. מוֹסָרִים: Foem. מוֹסֵרוֹת *vincula, catenæ, funes.* Job. 12. v. 18. מוֹסַר מְלָכִים *vinculum regum aperuit.* Targum שׁוּשַׁלְתָּא *catenam.* Jerem. 27. v. 2. *fac tibi* מוֹסֵרוֹת *vincula & juga.* Targum חַנָּקִין *funes:* quibus jugum alligatur. Pſal. 2. v. 3. *rumpamus* מוֹסְרוֹתֵימוֹ *vincula eorum.* Targ. שַׁלְשְׁלָוָתְהוֹן *catenas ipſorum.*

II. Per metaphoram, יָסַר *caſtigavit, erudivit, inſtituit, punivit, cohercuit, corripuit, increpavit, reprehendit* verbis aut verberibus, tanquam vinculis: reipſa vel verbo erudijt, cùm ad diſciplinam vel pœnam transfertur. Job. 39. *an litigans cum Omnipotente* יִסַּר, Targum יְתַרֵּי *caſtigabit:* corripiet. 1. Paralip. 15. יָסַר *corripiendo in onere, quia intelligens erat.* Niphal נוּסַר *caſtigatus, correptus fuit, caſtigationem accepit.* Levitic. 26. *& ſi in iſtis non* תִּוָּסְרוּ, Targum תִּתְרְדוּן *caſtigabimini.* Pſalm. 2. הִוָּסְרוּ *erudimini, judices terræ.* Targum קַבְּלוּ מַרְדוּתָא *accipite caſtigationem.* Piel יִסֵּר *caſtigavit.* 1. Reg. 10. *Pater meus* יִסַּר, Targum רְדָא *caſtigavit vos baculis: at ego* אֲיַסֵּר, Targum אֲרְדֵא *caſtigabo vos ſcorpionibus.* Pſalm. 6. verſ. 2. *nec in ira tua* תְּיַסְּרֵנִי, Targum תְּרְדֵּנִי יְתִי *corripias me.* Eſa. 8. verſ. 11. וְיִסְּרֵנִי, Targum וְאַלְפַנִי *& docuit me:* zere pro patach. Deuter. 22. *& accipient ſeniores urbis virum iſtum,* וְיִסְּרוּ *& caſtigabunt eum.* Targum וְיַלְקוּן *& verberabunt.* Job. 4. verſ. 3. *ecce* יִסַּרְתָּ, Targum כְּסַבְתָּא *corripuiſti multos.* Hiphil הֵיסִיר *caſtigavit.* Hoſ. 7. אֲיַסְּרֵם *caſtigabo eos juxta auditum cœtus ipſorum:* ſicut audiunt in cœtibus ſuis comminationes ex Moſe. forma Chaldaica.

Nomen מוּסָר & מֻסָר *caſtigatio, diſciplina, inſtitutio, punitio, increpatio:* activè & paſſivè. Hoſ. 5. *& ego* מוּסָר *caſtigatio omnibus illis.* Targ. מַיְתֵי יְסוּרִין *adducens caſtigationes.* Eſa. 53. מוּסַר *diſciplina pacis noſtræ ſuper eo.* caſtigatio, quæ ſuper nos venire debebat ob peccata noſtra, venit ſuper eum, ut nos eſſemus in pace. Al. *omnium noſtrûm:* in שָׁלֵם vide. Proverb. 3. מוּסַר יְהוָה, Targum אָלְפָנָא *doctrinam Domini.* Prov. 8. *accipite* מוּסָרִי *caſtigationem* (diſciplinam) *meam, & non argentum.* Proverb. 13. verſ. 1. *filius ſapiens* מוּסַר אָב *diſciplinam patris.* ſcilicet יִקַּח *accipiet.* Job. 33. וּבְמוּסָרָם *& in caſtigatione ipſorum obſignabit.* ¶ Rabb. עַל דֶּרֶךְ מוּסָר *juxta viam diſciplinæ:* quadam civilitate. מוּסָרִים *diſciplinæ, virtutes naturales.*

יְסוּר *caſtigatio, diſciplina, inſtitutio, punitio, martyrium:* Plur. יְסוּרִין *afflictiones, pœna.*

III. Arabic. יסר & ושר vaſar (cum ישר Hebr. convenit) *paravit, apparavit, præparavit, inſtruxit, conſtituit.* Pſalm. 65. יסרת *paraſti cibum ipſorum.* Pſalm. 68. יסרו טריק *parate iter aſcendenti.* Paſſ. אתיסר atiaſar *præparatus, procinctus fuit ad bellum.*

תיסיר taiſir *procinctus, præparatio ad bellum.*

מיסר mujaſar *apparatus, attentus.* ﷺ וסר vaſar *attentio.*

יסאר *apparatus, abundantia.* ﷺ וסרה vaſâra *cadmia, fuligo.*

IV. Arab. יַסַר jaſar *minuit.*

יסיר *minutus, paucus, modicus.* יסירה *panca, modica.* ﷺ יסירא *pauliſper.*

יסר *facilis.* איסר *facilius.* בשי יסיר *negocio parvo,* propemodum.

יסר & יסאר *ſiniſter, ſiniſtra.*

יסת. Rabb. וָסָת *menſtruum.*

יצא. Syr. יְצָא *exivit:* in יָצָא invenies.

יעד duo ſignificata habet. I. יָעַד, Syriac. וְעַד, Arab. وعد vaad *condixit tempus,* locum, aut aliam circumſtantiam, *conſtituit* certum conveniendi locum, vel tempus: venit certo loco & tempore: *convenit, condixit, pactus fuit, promiſit, ſtatuit, conſtituit, ordina-*

dinavit, determinavit, assignavit, designavit. A Arabic. *monuit, admonuit.* 2. Samuel. 20. verſ. 5. הַמּוֹעֵד, Targ. זִמְנָא *tempus, quod* יְעָדוֹ, Targ. אֲמַר לֵהּ *dixerat ei:* conſtituerat. Jerem. 47. verſ. 7. *ibi* יְעָדָהּ, Targum מְזַמְנָהּ *præparavit eum.* Exod. 21. verſ. 9. *ſi filio ſuo* יִיעָדֶנָּה, Targum יְקִימִנָּהּ *condixerit eam.* Syr. Matth. 28. רוֹעֵד *quem conſtituerat eis* Jeſus. Arab. Actor. 24. *quemadmodum* וּעֵד *promiſerat.* Galat. 4. באלוּעֵד אלדי וּעדה *per promiſſionem, quam promiſit ei.* Marc. 14. v. 11. וּוּעֲדוּהוּ בְּעֲשִׂיָּה אֶלְפִּצָּה *promiſerunt ei donum argenti.* B Alc. Mana. פּוּאעֲדְנַאכֶם נַאנַב & *conſtituimus vobis terminum in monte Sinai.* Niphal נוֹעַד *congregatus fuit, convenit, confœderatus fuit, conſenſit.* Exod. 25. verſ. 22. וְנוֹעַדְתִּי & *condicam tibi ibi, & loquar tecum.* Targum וְאֶזְמַן מֵימְרִי & *præparabo verbum meum.* Vulg. *præcipiam.* L x x. γνωσθήσομαι *cognoſcar.* acceperunt pro וְנוֹרַעְתִּי, literis ר ע transpoſitis, à יָדַע *cognovit.* Amoſ. 3. *num duo ambulant, niſi* נוֹעֲדוּ, Targum. אִזְדַּמְּנוּ *convenerint?* Job. 2. verſ. 11. וַיִּוָּעֲדוּ, Targum וְאִתְחַבְּרוּ & C *convenerunt ſimul.* Joſ. 11. verſ. 5. וַיִּוָּעֲדוּ, Targum וְאִזְדַּמְּנוּ & *parati ſunt omnes reges.* Hiphil הוֹעִיד *convocavit.* Job. 9. & *ſi ad judicium, quis* יוֹעִידֵנִי *convocabit me.* Targ. יְסָהֵד עֲלַי *teſtabitur contra me.* accepit pro עוּד *teſtatus fuit.* Jer. 50. v. 44. *quia quis ſicut ego, & quis* יוֹעִידֵנִי *convocabit me?* Targ. יְעָרְעֵנְנִי *occurret mihi?* dabit mihi tempus belli? Jer. 24. מוּעָדִים *convocati coram templo Domini.* Targ. מְהֵתִין *depoſiti:* parati ad edendum. Ezech. D 21. v. 21. *quò facies tua* מְעָרוֹת *conſtitutæ?*

Nom. עֲדָה, Chald. עִד *conventus* ſtatis horis & locis aggregari ſolitus, *cœtus, collegium, eccleſia, congregatio.* Exod. 34. *Aharon & omnes principes* בְּעֲדָה, Targ. בִּכְנִשְׁתָּא *in cœtu.* Pſalm. 1. *nec peccatores* בַּעֲדַת צַדִּיקִים, Targ. בְּסִיעַת צַדִּיקַיָּא *in cœtu juſtorum.* L x x. ἐν βαλῇ, Lat. *in conſilio* : cùm βαλὴ etiam *concilium* ſeu *cœtum* ſignificet. Pſalm. 7. verſ. 8. וַעֲדַת לְאֻמִּים, Targum וְכִנְשַׁת *& cœ-* E *tus populorum circumdabit te.* Jud. 14. verſ. 8. *& ecce* עֲדַת דְּבוֹרִים *cœtus apum in cadavere leonis.* Targum קִנְיָא *nidus.* L x x. συσροφὴ μελισσῶν *examen apum.* metaphora. Jerem. 30. וַעֲדָתוֹ *& cœtus ejus coram me.* L x x. καὶ τὰ μαρτύρια αὐτῶν *& teſtimonia ipſorum.* acceperunt pro עֵדוּת *teſtimonium.*

מוֹעֵד, Arab. מַוְעֵד *tempus* aut *locus* certus ac conſtitutus, *conventus indictus, tempus,* quod unus alteri conſtituit : Pluralit. מוֹעֲדִים & מוֹעָדִים, Chaldaic. מוֹעָדִין, Foemin. מוֹעָדוֹת *tempora & loca certa.* ¶ Variè autem uſurpatur: 1. de *tempore in genere, & quolibet die ſtatuto.* Deuter. 1. מוֹעֵד, Targum זְמַן *tempus egreſſus tui.* Joſ. 8. verſ. 14. לַמּוֹעֵד, Targum לִזְמַנָּא דְּמִתְקַן לֵהּ *ad tempus conſtitutum eis.* Geneſ. 17. *quem pariet tibi Sara* לַמּוֹעֵד, Targum לִזְמַנָּא *ad tempus illud.* 1. Samuel. 20. לְמוֹעֵד דָּוִד *ad tempus Davidis.* Targum לִזְמַנָּא דַּאֲמַר לֵהּ דָּוִד *ad tempus, quod dixerat ei David.* 1. Samuelis 13. verſ. 8. *& expectavit ſeptem dies* לַמּוֹעֵד *ad tempus, quod Samuel.* ſcilicet dixerat (dederat) ipſi. Jerem. 46. verſ. 17. *Pharao rex Aegypti* (eſt) *interitus, tranſtulit* הַמּוֹעֵד *tempus* : quod regi Babyloniæ ad bellandum cum ipſo conſtituerat, id tranſtulit, quòd ab eo metuat. Jud. 20. וְהַמּוֹעֵד *& tempus erat filio Iſrael.* Targum זִמְנָא *tempus.* L x x. σωτηρία. ¶ Deinde in ſpecie de *temporibus anni, diebus feſtis* ac *ſolennibus,* qui certo anni tempore celebrantur. Sunt autem anni tempora ſeu partes, קָצִיר *ver,* חֹם *æſtas,* חֹרֶף *autumnus,* קֹר *hyems :* quas ſol motu proprio, ab Æquatore ad polos digrediens, efficit. Geneſ. 1. *& erunt in ſigna* וּלְמוֹעֲדִים, Targum וּלְזִמְנִין *& in tempora.* Jerem. 8. *etiam ciconia novit* מוֹעֲדֶיהָ, Targum זִמְנָהָא *tempora ſua.* Novit anni partes, ut ſub initium veris ad nos veniat, autumni verò à nobis diſcedat, & alio loco æſtatem, alio hyemem tranſigat. Item de *duodecim menſibus,* in quos luna augeſcens & decreſcens annum dividit. Pſalm. 104. *feciſti lunam* לְמוֹעֲדִים *in tempora.* Targum לְמִמְנֵי בַּהּ זִמְנַיָּא *ut numerentur in eo tempora.* menſes. Dies anni ſolennes ſeu feſti ſunt, שַׁבָּתוֹת *ſabbatha,* רְגָלִים *feſta anniverſaria :* פֶּסַח *paſchatis,* שָׁבוּעוֹת *ſeptimanarum,* & סֻכּוֹת *tabernaculorum.* רֹאשׁ הַשָּׁנָה *initium anni.* רֹאשׁ חֹדֶשׁ *calendæ.* tempora קְצִיר *meſſis* & אָסִיף *collectionis* : & tertius annus, atque ſeptimus, qui erat שְׁמִטָּה *remiſſionis.* ſcilicet terræ. חֲנֻכָּה *initiationis* ſeu *dedicationis feſtum.* פּוּרִים *bacchanalia.* עֲצֶרֶת *feſtum prohibitionis* ſeu *retentionis.* כִּפּוּרִים *expiationum.* Thren. 1. verſ. 4. *viæ Zion lugent, propter non venientes* (ad) מוֹעֵד *feſtum.* paſchatis, ſeptimanarum & tabernaculorum. Ibidem. *vocavit contra me* מוֹעֵד *feſtum, ad frangendam juvenes meos :* diem excidij, in quo hoſtes conveniunt : aut conventum hoſtium. Hoſ. 9. *quid facietis ad diem* מוֹעֵד *feſti, & ad diem* חַג *feſti Domini?* L x x. τῆς πανηγύρεως. 2. Paralip. 30. *& comedebant* הַמּוֹעֵד *feſtum.* pro זִבְחֵי הַמּוֹעֵד *ſacrificia feſti.* 1. Samuel. 24. *à manè uſque ad* עֵת מוֹעֵד *tempus feſti :* uſque ad tempus ſacrificij jugis matutini, quod eſt quatuor horarum ſpacium. Hoſ. 12.

& collocabo te in tabernaculis כִּימֵי מוֹעֵד *sicut diebus festi.* Targum כְּיוֹמֵי קֶדֶם *sicut diebus antiquis.* ¶ 3. de *loco conventus constituto.* Thren. 2. *corrupit* מוֹעֲדוֹ *locum suum, oblitus est Dominus in Zion* מוֹעֵד *festi, & sabbathi.* Targum אֲתַר מְזֻמָּן לְכַפָּרָא עַל עַמֵּה *locum paratum ad expiandum super populo suo*: locum suum, hoc est, templum, ubi conveniebant ad festa ter in anno. Iob. 30. *scio quod morti tradis me, & domus* מוֹעֵד *loci omni viventi.* Targum קְבוּרְתָּא מְזֻמָּן *sepulcri constituti.* in sepulcro conveniunt omnes vivi, cum adest eorum finis. Esa. 14. vers. 13. *& habitabo* בְּהַר מוֹעֵד *in monte conventus, in lateribus Aquilonis.* In monte Zion, ubi Israelitæ semper conveniebant: in loco ubi conveniunt reges omnes. Psalm. 74. *Rugierunt hostes tui in medio* מוֹעֲדֶיךָ *locorum tuorum.* Ibidem. *Incenderunt omnia* אֶל מוֹעֲדֵי *loca Dei:* templum, quod plures partes habebat. ¶ 4. de *ipso conventu.* Exod. 33. *appellavitq; illud* אֹהֶל מוֹעֵד *tabernaculum conventus.* ubi Deus cum Mose loquebatur, & reliquus populus ad sacra conveniebat. Targum מַשְׁכַּן בֵּית אוּלְפָּנָא *tabernaculum domus doctrinæ.* Lxx. σκηνὴ μαρτυρίου *tabernaculum testimonij.* acceperunt יָעַד pro עוּד *testatus fuit:* permutata ordinum significatione. Et vocatur etiam אֹהֶל הָעֵדוּת *tabernaculum testimonij*, propter עֵדוּת *testimonium.* hoc est, decalogum ibi in arca repositum. Num. 17. *& veniebat Moses ad* אֹהֶל הָעֵדוּת *tabernaculum testimonij.* Ibidem. *refer baculum Aharonis coram* הָעֵדוּת *testimonio.* & Num. 1. מִשְׁכַּן הָעֵדוּת *tabernaculum testimonij.*

מוֹעֵדָה *conventus.* Jos. 20. *istæ sunt* עָרֵי הַמּוֹעֵדָה *urbes conventus*: ubi conveniebant omnes homicidæ involuntarij.

II. Arab. וער vaad, & אוער avaad *monuit, admonuit, prædicavit, sermonem habuit.*

ואער vaid *admonitor, prædicator, hortator:* Plur. ואערין vaidin *hortatores.*

ועד & מוערה mavada *admonitio, prædicatio.*

מואער & מוער *promissiones.* תוער *invasit.*

יעה. יָעָה *removit, amovit, everrit.* Esa. 28. vers. 17. וְיָעָה *& removebit* (everret) *grando receptaculum mendacij.* Targ. וְיִרְלֵק *& incendet.*

יְעִים *scopæ*, quibus sordes verrendo removentur, & domus purgatur. Exod. 38. vers. 3. *&* הַיָּעִים, Targum מַגְרוֹפֵיתָא *scopas.* Erant autem instrumenta quædam ænea, quibus cineres removebantur de altari in cumulum.

Arab. وعا vas *receptaculum:* Plur. اوعيه vasa *receptacula.*

Luc. 12. v. 13. *&* וַאֲלֵרֵי וַעֲיֵת מוֹהִ פִּי אֶלְאַרְאָן *quod locuti fueritis in auribus,*

יעז. יָעַז, idem quod עָזַז, *robustus fuit.* Inde Benoni Niphal נוֹעָז *roboratus, obfirmatus, fortis, durus.* Esa. 33. vers. 18. *populum* נוֹעָז, Targum תַּקִּיף *fortem non videbis.* Lxx. συμβουλεύοντα *consultantem.* acceperunt pro יָעַץ *consuluit:* ob literarum ז ץ sonum similem. Targum תַּקִּיף *robustum:* accepit pro עָזַז *robustus fuit.* Hieronym. *imprudentem:* lege impudentem. [redacted]. Quia autem sequitur, *populum* עַמְקֵי שָׂפָה *profundum labio:* ideo Judæi נוֹעָז accipiunt pro לוֹעֵז *barbaro:* literis ל ג ejusdem organi permutatis: quemadmodum pro לִשְׁכָּה dicitur נִשְׁכָּה *exedra.*

יעט tria significata habet. I. יָעַט, idem quod עָטָה, *operuit.* Esa. 61. *pallio justitiæ* יְעָטָנִי, Targum עָטָפַנִי *operuit me.* Lxx. ἐνέδυσε τὸ με *induit me.*

II. Chald. & Syr. & Arab. יָעַט *consuluit*, in יָעַץ quære.

III. Arab. وعط cum puncto super ط *d, eruditus fuit, intellexit.* Luc. 1. vers. 4. وعطت به *eruditus fuisti in eo.*

Nom. מוֹעָטָה *eruditio, increpatio, intelligentia, institutio.*

עטה *redargutio.*

2. Thess. 3. v. 15. *sicut* יועט *decet fratrem.*

יעל. יָעַל: Hiphil הוֹעִיל *profuit, juvit, utilitatem attulit:* & absolutè, *utilitatem* aut *fructum cepit, percepit, profecit.* Prov. 10. vers. 2. *non* יוֹעִילוּ, Targum מְהַרְּין *prosunt thesauri impietatis.* Lxx. ὠφελήσουσι *juvabunt.* Jerem. 23. vers. 32. וְהוֹעִיל לֹא־יוֹעִילוּ, Targum וְאַהֲנָאָה לָא יְהֵנוּן *& prodesse non proderunt.* Job. 35. *quid* אוֹעִיל *utilitatis percipiam ex peccato meo?* Job. 21. *quid* נוֹעִיל *proficiemus, si intercesserimus pro eo?* Job. 30. *ob calamitatem meam* יוֹעִילוּ *proficient:* utilitatem capient.

Nom. יַעַל: Foem. יַעֲלָה, Chald. יַעֲלָא, Arab. وعل vaal *caprea:* Plur. יְעֵלִים & יְעָלִים, Chald. יְעָלִין *capreæ.* pertinet ad עָלָה *ascendit*; quòd montes & rupes ascendat. Martialis:

Pendentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, decipit illa canes. 1. Sam. 24. *super petras* הַיְעֵלִים *caprearum*: in quibus capreæ habitant. sicut scriptum est Psalm. 104. *montes altos* לַיְעֵלִים *capreis.*

בְּלִיַּעַל, qui est בְּלִי *absq;*, יַעַל *utilitate: homo inutilis, nequam, nihili:* qui nec sibi, nec alijs prodest. Deuter. 13. *Filij* בְּלִיַּעַל, Targ. רְשִׁיעָא *iniquitatis.* 1. Sam. 2. בְּנֵי בְלִיַּעַל *filij belial.* Targ. בַּרְיָן רְשִׁיעַיָּא *viri impij.* 1. Sam. 25. de Nabal:

super

ſuper virum הַבְלִיַּעַל, Targum שְׁטֵיָא *ſtultum iſtum.* Pſalm. 41. v. 8. *Verbum* בְּלִיַּעַל, Targ. טְלוֹמָא *injuſtum.* Lxx. παράνομον *iniquum.* 2. Corinth. 6. v. 15. *Quæ concordia Chriſto cum* Βελίαλ, Syriacè סָטָנָא *Satana?* Diabolus nequam. Quædam exempla habent Βελίαρ, literis λρ permutatis. A

Rabb. תּוֹעֶלֶת *utilitas, uſus, profectus*: Plur. תּוֹעֲלִיּוֹת *utilitates.*

יַעַן tria ſignificata habet. I. יַעַן *propterea, eo quod*: non uſurpatur niſi in retributione boni vel mali: in עֲנָה reperies.

II. יַעֲנָה *ulula*: Pl. יַעֲנִים *ululæ*: heterocliton B

III. Syr. יְעַן *avarus fuit, fraudavit, expilavit, eripuit.* Paſſivum אִתְיְעַן *expilatus fuit.* 2. Corinth. 12. v. 17. אִתְיְעַנֵת *extorſi à vobis?* avarus fui?

Nom. יַעֲנוּת *avaritia, cupiditas, guloſitas*: convenit cum עָנָה *afflixit.*

יָעַף *laſſus, fatigatus fuit.* Eſa. 40. v. 30. וְיֵעָפוּ, Targum וְיִשְׁתַּלְהוֹן *& defatigabuntur adoleſcentes.* Lxx. περιπατοῦσιν *eſurient.*

Nom. יָעֵף *laſſus, defatigatus.* C

תּוֹעֲפוֹת *fortitudines, robora*: per contrarium. Job. 22. *& argentum* תּוֹעֲפוֹת *robora tibi.* Targum כְּרַךְ תַּקִּיף *arx robuſta.* Lxx. τὰ ὕψη *altitudines.* Num. 23. v. 22. כְּתוֹעֲפוֹת רְאֵם *ſicut robora unicornis ei.* Targum תּוּקְפָּא וְרוֹמָא *robur & altitudo ei.* accepit רְאֵם pro רָם *altitudine.* Lxx. ὡς δόξα *ſicut gloria*: ſplendor. accepit pro יְפִעָה *ſplendor.* Pſalm. 95. וְתוֹעֲפוֹת הָרִים *& robora montium ei.* Lxx. τὰ ὕψη. reſpexerunt ad עוּף *volavit.* D

יָעַץ, Chal. יְעַט, Arabicè יעט, literis ט ץ permutatis, *conſuluit, conſilium inivit, deliberavit, decrevit.* 1. Sam. 16. וְעֲצַת אֲחִיתֹפֶל, Targum וּמַלְכָּא *& conſilium, quod* יָעַץ, Targum מְלַךְ *conſuluerat.* Eſa. 14. v. 24. *& ſicut* יָעַצְתִּי *conſului, ſtabit*: decrevi. v. 27. *Quia Dominus exercitum* יָעַץ *conſuluit, quis irritum faciet?* decrevit. Job. 13. *cum regibus* וְיוֹעֲצֵי אֶרֶץ, Targum וְיַתְמֵי אַרְעָא *& conſiliariis terræ.* Activè, *conſilium dedit.* Num. 24. אִיעָצְךָ *conſulam tibi, quid faciet* E *populus.* Targum אֲחַוִי־לָךְ *indicabo tibi.* Exod. 18. אִיעָצְךָ, Targum אֶמְלְכִנָּךְ *conſulam tibi.* Pſalm. 32. אִיעֲצָה *conſulam ſuper te oculo meo*: innuam tibi. Quia innuens interdum claudit unum oculum, ut innuat alteri. Lxx. ἐπιστηρίξω *firmabo.* Acceperunt pro יָעַז *robuſtus, firmus fuit*, ob literarum ז ץ ſonum ſimilem. Eſa. 7. v. 7. יַעַץ עָלַיִךְ *conſuluit ſuper te, Syria malum*: decrevit. Arabic. Pſalm. 16. וַיִּעֲצוּנִי *conſuluerunt mihi renes mei.* Niphal. נוֹעַץ: Et Hithpael הִתְיַעֵץ, Chal. אִתְיְעַט *conſultavit, conſpiravit, conſilium inivit.* Eſa. 40. verſ. 14. *Cum quo* נוֹעָץ *conſultavit?* Pſalm. 83. וְיִתְיָעֲצוּ *& conſultabunt contra abſconditos tuos.* Dan. 6. אִתְיָעֲטוּ *conſilium inierunt principes.*

Nom. יוֹעֵץ, Chald. יְעַט *conſiliarius*: Plur. יוֹעֲצִים, Chald. יְעָטִין *conſiliarij.*

עֵצָה, Chald. עֲטָא *conſilium, decretum, deliberatio, ſententia, ſcientia*: in malum, *ſcelus, exquiſita malicia, aſtutia*: Plural. עֵצוֹת, Chald. עֲטִין *conſilia.* Eſa. 46. v. 11. *ex terra longinqua* אִישׁ עֲצָתִי *virum conſilij mei*: effectorem conſilij mei.

מוֹעֵצָה *conſultatio*: Plural. מוֹעֲצוֹת *conſultationes.*

יַעַר duo ſignificata habet. I. יַעַר, Form. יַעֲרָה, Chald. יַעֲרָא *ſylva, ſaltus*: Plur. יְעָרִים: Fœmin. יְעָרוֹת *ſylvæ.* Joſ. 17. verſ. 18. *Quia* יַעַר, Targum חוּרְשָׁא *ſylva eſt.* Pſalm. 132. v. 6. *In agris* יַעַר *ſylvæ.* In horreo Araune Jebuſæi: quia arbores ſylveſtres erant ibi. 1. Reg. 7. v. 2. *& edificabat domum* יַעַר *ſylvæ Libani.* Prope templum, in ſylva, quæ vocabatur Libanon. Targum מְקָרֵי מַלְכַיָּא *refrigerij regum.* Solebant eo tempore reges extruere domum in ſylva, ut ibi refrigerarentur in æſtate. unde & Salomo extruxit eam in ſylva, nota in terra Iſrael, cui nomen Libanon. Mich. 3. *& mons domus in excelſa* יַעַר *ſylvæ*: vaſtabitur, ut ibi herbæ & arbores naſcantur. Hoſ. 2. *& ponam illa* לְיַעַר *in ſylvam*: creſcent ibi herbæ & arbores. Lxx. εἰς μαρτύριον *in teſtimonium.* q. יעד. Jerem. 21. בְּיַעְרָהּ *in ſylva ejus.* urbes, quæ ſunt circa Jeroſolymam, ſylvæ comparat. ¶ Per ſynecdochen, חלת דבש *favus* ſeu *placenta mellis* ſylveſtris, conſtans nidis, antequam mel eximitur. quòd in terra Canaan in ſylvis magna copia mellis defluëret. Bis. 1. Sam. 14. v. 27. בְּיַעַר *in ſylva mellis.* Targum בְּקַנָּא *in nido.* Cant. 5. v. 2. *Comedi* יַעְרִי *favum meum, cum melle meo.* Lxx. ἄρτον μου *panem meum.* ¶ Per metaphoram, Chald. *carectum.* Exod. 2. *& poſuit* בְּסוּף, Targum בְּיַעְרָא *in carecto.*

Chald. יַעֲרִין *urticæ*, in ſylvis creſcentes.

Arabicè וער *aſperum, pravum.* Lucæ 3. v. 5. ויציר אלוער סהלא *& fiet pravum rectum.*

יָפָא. Syr. יְפָא: Hiphil. אוֹפָא & אַוְפָא *ceſſavit, defecit.* ✠ מַוְפָא *deficiens, marceſcens.*

Rabb. הוֹפְיָא *ſcopa*: *ſpuma.* ✠ Arabicè מואפאה *adventus.* ✠ מואפין *qui venerunt.* ואפינא *venerunt.* וואפינא *& venimus.*

יָפֶה duo ſignificata habet. I. יָפֶה, Chald. יְפֵא *pulcer, elegans, venuſtus, formoſus, decorus fuit.* Cant. 4. v. 10. מַה־יָּפוּ *quàm pulcra ſunt ubera tua?* amores. Piel יִפֶּה *pulcrum, formoſum reddidit, venuſtavit, decoravit, ornavit.* Jer. 10.

auro & argento וְיַפֵּהוּ *decorabit illud*. HITHpael הִתְיַפֵּה *formosum se reddidit*. Jerem. 4. *In vanum* תִּתְיַפִּי *formosam te facies*. ornabis te. PUAL duplicatum, יְפֻיְפֶּה *pulcerrimus fuit*. Psalm. 45. v. 3. יָפְיָפִיתָ *formosus fuisti præ filiis hominum*. Targum שׁוּפְרָךְ מַלְכָּא עָדִיף מִבְּנֵי נָשָׁא *pulcritudo tua, ô rex* (Messia,) *superat filios hominis*.

NOM. adiect. יָפֶה *pulcer, formosus*: PLUR. יָפִים *pulcri*. FOEM. יָפָה *pulcra*: PLURAL. יָפוֹת *pulcræ*. Cant. 1. *ecce* יָפָה, Targum יָאָה *pulcer est amicus meus*. Gen. 29. v. 17. *& Rahel erat* יְפַת-תֹּאַר וִיפַת מַרְאֶה *pulcra formâ, & pulcra aspectu*. Prius refertur ad figuram faciei & reliquorum membrorũ, & ad staturam corporis: posterius ad carnem albam & rubram, & capillum nigrum.

SUBST. יֹפִי, & יֹפִי, & יְפִי *pulcritudo, elegantia, decoratio*.

Duplicatum. Jerem. 46. *vitula* יְפֵיפִיָּה *admodum pulcra*.

PROPR. יָפוֹ, Syr. יופא, Arab. נאפה Gafa, Græc. Ἰόππη Palæstinæ oppidum maritimum antiquissimum, utpote ante diluvium conditum, & appulsu peregrinantium, qui Hierosolymam petunt, nobile. Sic dictum à pulcritudine & elegantia: vel, ut quibusdam placet, à יֶפֶת *Japhet*.

II. Arab. ופי vafi, & אופי *posuit, apposuit, addidit, reddidit, complevit*. Psalm. 37. *Peccator mutuabitur, & non* יוֹפֶי *reddet*. Psal. 66. וְאוֹפִיךְ *& reddam tibi vota mea*. Matth. 5. *Donec* תְּחוֹפִי *reddideris extremum quadrantẽ*. Luc. 7. v. 42. *Quod* יְיפִיאן *redderent*: DUALE. Matth. 5. v. 33. וְאוֹף *& redde Domino votum tuum*. Cap. Filij Israel. וַאֲוֹפוּא *& reddite mensuram*. PASS. אחופי, & אסחופי *appositus fuit* ad patres suos, *mortuus fuit*.

NOM. וַפִי vafi *additio*. ואפי *addens*. מופי muufi *additus*. חוֹפִיָה *completio*.

אסחופינא *complevimus*: in Avicen.

ופאה *obitus*. Matth. 2. v. 15. *usq; ad* ופאה *obitum Herodis*.

יפח. יָפַח *spiravit, apud se mussitavit, murmuravit, meditatus est*. HITHpael הִתְיַפֵּחַ *lamentatus, conquestus fuit*: ut conveniat cum פּוּחַ *suspiravit*. Jerem. 4. v. 31. *vocem filiæ Zion, quæ* תִּתְיַפַּח *lamentabitur*: suspirabit. Targ. דִּמְשַׁתְּטָחָא *quæ prosternit se*.

NOM. יָפֵחַ *meditans, loquens, mussitãs*. Hab. 2. וְיָפֵחַ *& loquens de fine*. Psalm. 27. וְיָפֵחַ חָמָס *& mussitans injuriam*.

Arab. יאפוח *synciput*, pars superior capitis, *cranium*.

יפע. Inde HIPH. הוֹפִיעַ, Chal. אוֹפַע *floruit, splenduit, inclaruit, apparuit*. Num. 33. הוֹפִיעַ *splenduit ex monte Paran*. Targ. אִתְגְּלִי *revelatus fuit*: apparuit. Psal. 50. *Deus* הוֹפִיעַ, Targ. יִתְגְּלִי *revelabitur*. Job. 10. *& super consiliõ impiorũ* הוֹפָעָתָ, Targ. אוֹפַעְתָּא *illustrasti*. Psal. 8. *Habitans Cherubim* הוֹפִיעָה *appare*. Job. 3. *Nec* תּוֹפַע *splendeat super illo lux*. LXX. ἔλθοι *veniat*. ¶ Rabb. הוֹפִיעַ *illustravit, declaravit, revelavit mysteria*. Per antiphrasin, *obscuravit*.

NOM. יְפָעָה, & Rab. הוֹפָעָה *splendor, illustratio, claritas*. Ezech. 28. v. 5. *& polluerunt* יְפְעָתְךָ *splendorem tuum*. Targ. זִיו אֲמָתָךְ *splendorem timoris tui*.

יפק. Arab. ופק vafac *consensit, concors, pacificus, uniformis, confœderatus fuit, consonuit, convenit*. PIEL ופק vaffaq *concordavit, discordes reconciliavit, conformavit, æquavit*. יואפק *conciliabit*: Avicen. PASS. אתופק atvaffac *reconciliatus fuit*. Matth. 18. v. 19. *Si* אתפק *consenserint duo ex vobis*.

NOM. ופק ufc, & חופיק taufic, & חופק tavafac *concordia, uniformitas, convenientia, consonantia vocum, harmonia*.

מופק muvafic *conciliator*, qui discordes reconciliat, *mediator*. מופקה mufaca *convenientia, proportio*.

ואפק *convenit, prodest*. & מופק muvafac *æqualis*.

יפר. Arabicè ופר vafar *parcus, attentus ad rem fuit*. יופר & יחופר *attenditur*: in Avicenna.

יפת. Inde. NOM. מוֹפֵת *signum, miraculum, portentum, prodigium, monstrum*, quod fit præter naturam, res futuras evidenter demonstrans: PLUR. מוֹפְתִים, Chald. מוֹפְתִין *signa, portenta, prodigia, monstra*. 2. Paralip. 32. וּמוֹפֵת *& signum dedit ei*. Pro quo habetur, 2. Reg. 20. & Esa. 38. אוֹת *signum*. Psalm. 71. כְּמוֹפֵת *sicut signum factus sum multis*. Targum הֵיךְ תְּמָהָא *sicut miraculum*. quia opera ejus alijs mirabilia videbantur.

Rab. מוֹפֵת הַדּוֹר *miraculum sui seculi*, vir eximius. ¶ מוֹפֵת *demonstratio, consideratio, ratiocinatio*. מוֹפְתִים *demonstrationes, argumenta evidentia, conclusiones, probationes, syllogismi*.

מוֹפְתִי *demonstrativus syllogismus*.

VERB. יָפַר *demõstravit, ostendit, probavit*.

יצא. יָצָא, Syriac. יְצָא, literis עין permutatis, *exivit, egressus fuit, processit, prodijt*. Dicitur de varijs rebus: 1. de *loco*. Genes. 4. וַיֵּצֵא, Targum וְנָפַק *& exivit Cain à coram facie Domini*. Genes. 10. *Ex terra ista* יָצָא, Targum נְפַק *egressus est Assur*: prodijt. Gen. 8. v. 7. וַיֵּצֵא יָצוֹא *& egrediebatur egrediendo & revertendo*. Subinde ex arca egrediebatur, & revertebatur in eam corvus, donec siccarentur aquæ. LXX. καὶ ἐξελθὼν οὐκ ἀνέστρεψεν *& egressus non rediit*. Vulg. *Qui egrediebatur, & non*

& non revertebatur. [redacted] A
[redacted] *pexus.* Et ex hac [redacted] versione natum est proverbium: *Corvi nuncius.* 2. Sam. 20. *& ipse* יָצָא וַתִּפֹּל *egressus est, & cecidit.* Refertur יָצָא ad Joab, & תִּפֹּל ad חֶרֶב *gladium* inter eundem è vagina lapsum, quem Joab sinistra tenuit. Mich. 4. *ex te* יֵצֵא, Targum יִפֵּק *egredietur, qui sit dominator in Israel;* prodibit. Esa. 30. v. 22. *Disperges eos tanquam menstruatam,* צֵא *exi, dices ad eum.* Menstruata enim à marito removetur. Masoritę annotant, צֵא idem esse quod צֵאָה *excrementum;* nec a- B
libi occurrere. ¶ 2. de *nativitate animalium,* seu *egressu ex utero,* & processu in lucem. 2. Sam. 7. *Quod* יֵצֵא *egredietur è viscerib⁹ tuis.* Targum חוֹלַ *paries.* 2. Reg. 20. *ex filiis tuis, qui* יֵצְאוּ *egredientur ex te:* quos gignes. Genes. 15. v. 4. *Filius, qui* יֵצֵא *egredietur ex viscerib⁹ tuis.* Targum דְּחוֹלַ *quem gignes.* ¶ 3. de *terra nascentibus,* floribus, frugibus. Jud. 13. *Omne quod* יֵצֵא *egredietur ex vite:* crescet. Esa. 11. וְיֵצֵא *& egredietur virga ex stipite.* 1. Reg. 8. *usq; ad Esop* הַיּוֹצֵא *egredientem ex pariete:* nascentem. Deut. 14. v. C
22. הַיֹּצֵא, Targum רַיֵּפֵק *quod producit ager:* activè. Syr. Matth. 13. v. 16. *Cum autem* יָצְאָה *egressa esset herba:* prodijsset. ¶ 4. de *Sole & stellis* orientibus. Genes. 19. *Sol* יָצָא, Targum נְפַק *egressus erat supra terram:* ortus erat. Nehem. 4. *Postquam ascendisset aurora, donec* יֵצְאוּ *egrederentur stellæ:* orirentur. ¶ 5. de *sermone,* qui profertur & spargitur, divulgatur. Jos. 6. *& non* יֵצֵא *egrediatur ex ore vestro* D
verbū. Esth. 1. v. 17. *Quia* יֵצֵא *egredietur verbū:* divulgabitur. Gen. 24. v. 50. *A Domino* יָצָא *egressum est verbum:* res divinitus geritur. Psalm. 144. *Non est ruptura, & non est* יוֹצְאֹת *egrediens.* scilicet fama. sicut sequitur: *& non est clamor in plateis eorum.* Aut est periphrasis abortus. ¶ 6. de *corde & anima.* Genes. 42. וַיֵּצֵא *& egressum est cor eorum:* præ admiratione, aut præ metu & dolore. Lxx. καὶ ἐξέστη *& obstupuit.* ¶ 7. de *expensis.* 2. Reg. 12. *Omne quod* יֵצֵא *egredietur* E
super domum ad roborandum: expendetur in domum reficiendam. ¶ 8. de *bello, expeditus fuit.* Genes. 14. וַיֵּצֵא *& egressus fuit rex Sodomæ.* ¶ 9. de *sorte, exemtus fuit.* 1. Sam. 14. v. 24. *Populus autem* יָצְאוּ *exiverunt:* sorte exemti sunt. Hiphil. הוֹצִיא, Syriac. אַיעִי & אַוְעִי *exire jussit, eduxit, extraxit, produxit, protulit, divulgavit, expulit, exegit, expendit.* Genes. 14. הוֹצִיא, Targum אַפֵּק *protulit panem & vinum.* Num. 17. וַיּוֹצֵא, Targ. וְאַפֵּק *& protulit florem.* 2. Reg. 12. וַיּוֹצִיאֻהוּ *& expenderunt eam fabris lignariis:* quibus mercedem persolverunt. Levit. 26. *& vetus à facie novi* תּוֹצִיאוּ, Targum תְּבַנּוּן *evacuabitis.* Esa. 42. v. 1. *judicium gentibus* יוֹצִיא *proferet.* Targum יְגַלֵּי *revelabit.* Syriacè. Hebr. 6. v. 7. וַאֲעִיַת *& produxerit herbam.* Hophal. הוּצָא *eductus fuit.*

Nom. צֵאָה & צֵאָה, Syriacè צֵאָא, & צוֹי, & צִיּוּת *egressio, vomitus, excrementum, sordes.* Deuter. 23. *& operies* צֵאתֶךָ *excrementum tuum.* Proverb. 30. וּמְצֵאָתוֹ *& ab excremento suo non fuit lotus.* Esa. 4. *Si laverit Dominus* צֹאַת, Targ. הַנָּאֲלַת *sordes filiarum Zion.*

צֹאִים, Syr. צֵאִין *sordes* & *sordidi.* Zach. 3. *vestes* הַצֹּאִים *sordidæ.*

מֵיצִיאֵי *egressiones.* 2. Paral. 32. וּמֵיצִיאֵי *& egressiones viscerum ejus ibi prostraverunt eum gladio.* pro quo habetur, 2. Reg. 19. v. 37. *Adrammelech & Sarezer filij ejus percusserunt eum gladio.*

